

## CIC/1917, can. 0459

"§ 1. Loci Ordinarius, graviter onerata eius conscientia, obligatione tenetur vacantem paroeciam illi conferendi, quem magis idoneum ad eam regendam habuerit, sine ulla personarum acceptione.

§ 2. In hoc iudicio ratio haberi debet non solum doctrinae, sed etiam earum omnium qualitatum, quae ad paroeciam vacantem rite regendam requiruntur.

§ 3. Quare loci Ordinarius:

1° Ne omittat documenta, si qua sint, ex Curiae tabulario desumere quae clericum nominandum respiciunt et notitias, secretas quoque, si opportunum iudicaverit, prudenter exquirere etiam ex locis extra dioecesim;

2° Prae oculis habeat praescriptum can. 130, § 2;

3° Clericum examini super doctrina coram se et examinadoribus synodalibus subiiciat; a quo, de consensu eorundem examinerum, potest dispensare, si agatur de sacerdote doctrinae theologiae laude commendato.

§ 4. In regionibus in quibus paroeciarum provisio fit per concursum sive specialem ad normam const. Benedicti XIV Cum illud, 14 Dec. 1742, sive generalem, haec forma retineatur, donec Sedes Apostolica aliud decreverit."

### Literatur:

CIC/1917, can. 459, in: [www.jgray.org](http://www.jgray.org) (Letzter Zugriff am: 16.10.2017).

Codex Iuris Senior, can. 459, in: [www.catho.org](http://www.catho.org) (Letzter Zugriff am: 16.10.2017).

GASPARRI, Pietro (Hg.), Codex Iuris Canonici Pii X Pontificis Maximi iussu digestus, Benedicti Papae XV auctoritate promulgatus, Rom 1917, S. 128 f., can. 459, in: [www.archive.org](http://www.archive.org) (Letzter Zugriff am: 16.10.2017).

### Empfohlene Zitierweise:

CIC/1917, can. 0459, in: 'Kritische Online-Edition der Nuntiaturberichte Eugenio Pacellis (1917-1929)', Schlagwort Nr. 3390, URL: [www.pacelli-edition.de/Schlagwort/3390](http://www.pacelli-edition.de/Schlagwort/3390). Letzter Zugriff am: 24.11.2024.